Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cancrum estiualem. inter utrumque
pari ab utroque distantia equi
noctia facit. Vel est ibi endiadis. scili
cet in signa et tempora. i. in sig
na temporum. in dies dicitur
pluraliter quia dies dicitur multi
pliciter. de die. s. naturali scilicet
spacio .xxiiii. horarum et de die
usuali. et dies ponitur pro tempore
non determinato. ut ignoto nobis ut
ibi. In die illa stillabunt montes
dulcedinem. in annos et pluraliter
dictum est. quia et annus multipli
citer dicitur. nec hoc dico quod apud
diuersas nationes sunt utique di
uerse annorum distinctiones. maiorum
et minorum et planete annos suos ha
bent. sed secundum usum ecclesie hoc di
cimus. Est enim annus lunaris ha
bens .ccc.l.iiii. dies. est et annus sola
ris constans ex diebus .ccc.lx.v. quadran
te diei. i. sex horis. Est bisextilis ex
ccc.lx.vi. est embolismalis qui ccc.
lxxx. dies excedit. habens xiii. lu
nationes. dicitur autem annus ab an. quod
est circum quia in se reuoluitur.
unde et antiquiores ante usum lit
terarum annum figurabant sub
specie serpentis cuius cauda in os ei

reuoluebatur. Facta igitur luminaria
posuit deus ut luceant in firmamento
celi. et illuminent terram. sed non se
per diuidant lucem ac tenebras.
quod autem luna in plenilunio facta
sit ex alia perpenditur translatio
ne. que habet et illuminare nimirum
in inchoatione noctis. in principi
o enim noctis. non oritur luna
nisi pansilenos. (i. rotunda.) Inde perpenditur quod
sol factus est mane in oriente. et fac
to uespere luna initio noctis si
militer facta est in oriente. uoluit
tamen quidam quod simul sint facti.
sol in oriente luna in occidente.
et sole occidente luna sub terra
redit ad orientem in inchoatio
ne noctis. De opere quinte diei.

Quinto die ornauit deus ae
rem et aquam uolatilia dans
aeri natatilia aquis et utraque ex
aquis orta sunt. Factus enim transi
tus est aque in aera tenuando.
et aeris in aqua spissando pisces
uocauit moyses reptilia quia
impetu quodam totos se rapiunt.
ut serpentes non feruntur pedi
bus ut fere. Nota quod ex hoc quod
dictum est uolatiles super terram.

Grece pan i. totum
silene i. luna uel mene
i. luna. Inde pansilenos
i. tota luna quod nos ple
nilunium appellamus.